



Jus Canonicum In V. Libros Decretalium Distributum

novâ Methodo explicatum, Omnibus Capitulis Titulorum (qui in Antiquis, & novis Libris Decretalium continentur) promiscuè & confusè positis, in ordinem doctrinæ digestis. Adjunctis Aliis Quæstionibus Connexis, Quæ Ad Plenam Cujusque Tituli, Aut Materiæ Cognitionem, Et Expositionem Pertinent. ...

Respondens Libro Quinto Decretalium. In Quo De Judicio, Seu Ordine Judiciario criminali, nec non de criminibus Ecclesiasticis, & secularibus ... agitur ...

Pirhing, Ehrenreich

Dilingae, 1677

Titulus. XXXIX. De Sententia excommunicationis, suspensionis, & interdicti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98302](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98302)

Bulla Cœnæ contentis, item commutandi quinque vota Papæ reservata, n. 52.

SERIES CAPITVLORVM.

IN ANTIQVIS.

c. 1. n. 2. & 4.

c. 2. n. 5.

c. 3. n. 6.

c. 4. n. 44.

c. 5. n. 18.

c. 6. n. 10.

c. 7. n. 7. & seq.

c. 8. n. 9.

c. 9. n. 20. & 21.

c. 10. n. 23.

c. 11. num. 24. & duobus
seqq.

c. 12. n. 11. & seq.

c. 13. n. 15. & 17.

c. 14. in princ. n. 27. §.

Qui autem, num. eod. §.

Adhæc, n. 41. 42. 43.

& 45.

c. 15. n. 45.

c. 16. & ult. num. 32. &
seq.

IN SEXTO.

c. 1. n. 28.

c. 2. n. 35. & seq.

c. 3. & ult. n. 43.

IN CLEMENTINIS.

Clement. 1. n. 26.

Clement. 2. n. 29.

IN EXTRAVAGANT.

Communibus.

Extravag. 1. num. 48. &
seq.Extravag. 2. post princ. n.
38. 39. 40. & 49.

Extravag. 3. n. 51.

Extravag. 4. n. 50.

Extravag. 5. & ult. num.
52.

TITVLVS XXXIX.

DE SENTENTIA EXCOMMUNI-
cationis, Suspensionis, & Interdicti.SECTIO I. De prima Censura Ecclesiastica, nem-
pe Excommunicatione.

§. I. Quid, & quoruplex sit Censura?

ASSERTIO I. Censura in genere est pœna quædam spiritualis ac medicinalis, privans usu aliquorum bonorum spiritualium per Ecclesiasticam Potestatem inflicta delinquenti, donec à contumacia recedat, n. 1. & 2. Aff. 2. Tres tantum sunt censuræ propriè dictæ, excommunicatio, suspensio, & interdictum, n. 3.

§. II. Quid, & quoruplex sit Excommunicatio, & quâ
formâ fieri debeat?

ASSERTIO I. Excommunicatio in genere est censura Ecclesiastica, per quam Christianus à Communionem Ecclesiæ, seu aliorum infidelium separatur. Est autem triplex fidelium communicatio, purè interna, purè externa, & media, seu mixta, n. 4. Ubi id declaratur, & n. 5. & 6. Aff. 2. Excommunicatio primò dividitur in maiorem, & minorem, c. Si quem. § 9. h. t. & quæ sit maior, quæ minor excommunicatio, n. 7. & 8. Dividitur secundò, excommunicatio in eam, quæ fertur à iure, & eam, quæ fertur ab homine, seu Iudice, n. 9. Tertiò, in eam, quæ ipso facto incurritur, & eam, quæ per sententiam Iudicis infertur. Quartò, alia est excommunicatio iusta, alia iniusta. Quintò, alia generalis, quæ fertur in communi, alia particularis, quæ fertur in particulares personas, cit. n. 9. Aff. 3. Ad ferendam excommunicationem non requiritur certa verborum forma, sed satis est, ut congruè exprimat mens excommunicare volentis, num. 10. Modus autem ac forma excommunicandi præscribitur in c. 1. h. t. in 6. num.

11. & seq.

§. III. De effectibus excommunicationis, seu
iuris, seu minoris.

Quar. 1. Qui sunt effectus excommunicationis majoris? Resp. Primus effectus est privatio ministræ, seu collationis Sacramentorum, n. 11. Sacramenta tamen administrata ab excommunicato valida sunt, n. 14. Secundus effectus est privatio perceptionis Sacramentorum, ita ut nullus excommunicatus licitè possit ullum Sacramentum percipere, num. 15. Tertius est, privatio communium laicis Suffragiorum, n. 16. Quartus est, quod excommunicatus privatur omni usu, & exercitio jurisdictionis Ecclesiasticæ, n. 18. Sextus est, privatio omnis communicationis forensis, ita ut excommunicatus non possit esse Iudex, actor aut defensor in iudiciis in causis civilibus, c. Decernimus. §. h. t. in 6. & 10. Septimus est, privatio omnis communicationis civilis, ac politicæ cum aliis fidelibus, c. Ad per. 29. & c. 41. & c. pen. h. t. in 41. Octavus est, privatio ad quodvis Officium Ecclesiasticum eligendum, n. 22. Nonus privatio Ecclesiasticæ sepulture, n. eod. Quar. 2. Quis sit effectus minoris excommunicationis? Resp. Effectus primarius est, quod privet perceptione Sacramentorum, alii est, quod excommunicatus ad beneficium Ecclesiasticum eligi non possit, n. 23.

SECTIO II. De causis excommunicationis.

§. I. Quinam possint excommunicari, vel ex-
communicari?

ASSERTIO I. Omnes & soli illi habentes statem excommunicandi (id est, qui sunt in iurisdictione Ecclesiastica in foro externo habent, n. 24. Illi. Excommunicare non possunt laici, nec Clerici conjugati, nec femine etiam Abbatisse, aut Moniales, n. 25. Aff. 3. Excommunicari possunt omnes homines viventes, baptizati, rationis & dolique capaces. Unde non possunt excommunicari non baptizati, infideles, nec carentes ratione, nec non habentes, n. 26. Neque Universitas, c. Romana. §. h. t. in 6. n. 27. Excommunicatio generaliter lata legibus subditos excommunicantis, non autem pertinet ad nos, seu extraneos, c. A nobis. 21. h. t. in 20. & 21.

§. II. Ob quam causam excommunicatio, vel
censura fieri possit?

ASSERTIO I. Ob solum peccatum mortale infligi potest excommunicatio, vel alia censura, requiritur tamen, ut simul sit peccatum contra iuramentum, n. 30. Aff. 2. Excommunicatio non potest infligi peccatum merè internum, aut omnino occultum, n. 31. Aff. 3. Excommunicatio nunquam infligitur ob peccatum merè præteritum, num. 32. Ad incurrendam excommunicationem requiritur actus externus, sive peccatum in suo genere completum, ita ut effectus sit secutus, n. 33.

§. III. An excommunicationem necessariam præ-
debeat admonitio Canonica, & quomodo alio-
ri debeat excommunicari?

ASSERTIO I. Nulla excommunicatio infligitur, seu Iudice lata, propter peccatum præteritum, vel præsens, in quo reus contumaciè persistit, infligi debet, nisi præcesserit aliqua monitio, c. Si quis. 4. h. t. in 6.

48. h. t. n. 34. & 35. Aff. 2. Ad incurrendam excommunicationem latam à Jure, seu Canone pro culpa futura ipso facto incurrendam non est necessaria alia admonitio, n. 36. Aff. 3. Si à jure decreta sit excommunicatione ferendæ sententiæ; sive per Judicem, ea reo infligi non debet etiam convicto aut manifesto, nisi præcedente monitione, n. 37. Etsi legitima admonitio præcesserit, Prælatus non debet aliquem, absque manifesta, & rationabili causa excommunicare: quod si excommunicavit, sine manifesta, & rationabili causa, & requisitus non curavit processum, absque gravamine, revocare, potest gravatus conqueri apud Superiorem, qui si non est periculum in mora, illum remittere debet, cum suo mandato ad excommunicatorem ab eo absolvendum, intra certum terminum, alioquin per se, vel per aliam absolvat, receptâ sufficiente cautione. Si verò de injusta excommunicatione confiteri, debet excommunicator condemnari ad interesse excommunicato, & arbitrio Superioris puniri pro qualitate culpæ, nisi erraverit ex causa probabili. Quod si conquerens nihil rationabile probet contra sententiam excommunicationis, debet & ipse condemnari ad interesse, nisi probabilis error ipsum excuset, & supere, propter quod fuit excommunicatus, satisfacere compellatur, vel reducat in pristinam excommunicationem, donec satisfecerit. Denique si excommunicator paratus sit revocare sententiam, & excommunicatus appelleret, non est audiendus, nisi talis sit error, de quo merito potest dubitari: & tunc eum absolvat, receptâ cautione coram Jure, quod juri parebit, & sic penam præscriptam evitabit, caveat tamen, ne malitiosè mentiat in præjudicium alterius, cit. t. Sacro, n. 38. Declaratur, n. 39.

§. IV. Quibus casibus censura excommunicationis, vel alia sit injusta, & quibus etiam invalida?

ASSERTIO I. Censura excommunicationis, vel alia interdum solum est illicita, & injusta, sed valida tamen, & quæ obligat: vel non tantum injusta est, sed etiam invalida, &que ex triplici capite: vel ob defectum jurisdictionis in ferente illam, vel ob defectum substantialis ordinis iudicii, vel ob defectum iustæ causæ, num. 40. Aff. 2. Excommunicatio, vel alia censura, iusta quidem secundum allegata, & probata, sed à parte rei injusta, valida est, & obligat in foro externo: non tamen est valida, nec obligat in foro interno conscientie, n. 41.

§. V. An, & qualis ignorantia, & quis metus excuset ab excommunicatione, vel aliâ censura?

ASSERTIO I. Ignorantia facti, quæ excusat à culpa, excusat etiâ à quavis censura. Unde si ignorans percutiat Clericum, quem probabiliter ignorat esse Clericum, non est excommunicatus: & si est dubium an ignoraverit, jurare debet, se ignorasse, & si jurare recuset, habetur pro excommunicato, c. Si verò, q. h. t. n. 42. An ignorantia facti concomitans excuset à censura, n. 43. Item an excommunicationem incurrat is, qui volens percutere Petrum Clericum, percutit Paulum Clericum, vel volens percutere Titium laicum, percutit Cajum Clericum, vel si quis percutiat Clericum, quem putat esse laicum, cit. n. 43. Aff. 2. Ignorantia inculpabilis Juris Ecclesiastici, sive communis, sive particularis, quod prohibet aliquid sub excommunicatione, excusat ab illa incurrenda,

etiamsi quis sciat, id prohibitum esse lege naturali ac Divina, n. 44. Aff. 3. Ignorantia invincibilis, non solum Juris Ecclesiastici præcipientis, vel prohibentis aliquid sub excommunicatione, vel alia censura, sed etiam sola ignorantia ipsius pœnæ, sive censuræ, excusat ab ipsa censura, n. 45. Non solum ignorantia inculpabilis, sed etiam culpabilis, sive facti, sive juris imponentis censuras, excusat ab excommunicatione, vel alia censura, dummodo non sit crassa, aut supina, n. 46. Aff. 5. Quando metus gravis excusat à peccato contra præceptum Ecclesiæ, tum excusat etiam ab excommunicatione, vel alia censura incurrenda, n. 47.

SECTIO III. De Excommunicatione in specie, & in primis de illa, quæ Jure decreta est ob percussione Clerici.

§. I. Quanam Jure Canonico statuta sunt circa percussione Clericorum.

Generatim statuta est excommunicatio in percutientes Clericos, c. Si quis suadente, 29. caus. 17. q. 4. n. 48. Idque declaratur num. 49. Nomine autem Clericorum comprehenduntur etiam Novitii, c. Religio, 21. §. Quamvis, h. t. in 6. n. 50. Secundò, qui detinet Clericum in custodia, seu carcere, etiam sine alia læsione, excommunicatus est, c. Nuper, 29. in princ. h. t. n. 51. Tertio, excommunicationem incurrit etiam is, qui manus violentas injicit in Clericum etiam consentientem, licet hoc faciat in compensationem præcedentis injuriæ, c. Contingit, 36. h. t. num. 52. Quarto, excommunicationem latam in percutientes Clericos incurrit etiam mandans, consulens, consentiens, si sequatur percussio, c. Mulieres, 6. §. Illi verò, h. t. n. 53. Quintò, si mandans percussione revocavit mandatum, sed notitia revocationis non pervenit ad mandatarium, & is nihilominus percussit Clericum, excommunicatus est mandans, cit. n. 53. Sextò, etiam is, qui ratam habet percussione Clerici tuo nomine factam, excommunicationem incurrit, c. Cum quis, 23. h. t. in 6. n. 54. & seq. Denique excommunicati etiam sunt, qui permittunt percuti Clericum, & non impediunt, cum possent ac deberent, c. Quanta, 47. h. t. n. 56.

§. II. Quis possit absolvere ab excommunicatione Canonis, ob percussione Clerici, vel Monachi?

Duplex est percussio Clerici, una modica, seu levis, altera gravis, seu enormis, n. 57. Aff. 1. Ab excommunicatione Canonis, ob percussione Clerici modicam, seu levem, potest absolvere Episcopus, c. Pervenit, 17. h. t. Imò etiam Prælatus inferior habens jurisdictionem quasi Episcopalem, cit. n. 58. Aff. 2. Si Ostiarius alicujus secularis Potestatis, prætextu officii, Clericum percusserit, non graviter, ab Episcopo absolvi potest, si fortè arcendo turbam, Clericum non ex deliberatione, sed casu fortuito læserit. Si verò Officialis deliberatè alicui Clerico manus injecerit, per Papam absolvi debet, c. Si verò, 3. in princ. h. t. n. 59. Aff. 3. Si Monachi, vel Canonici Regulares se invicem in clauastro percusserint, non graviter, absolviendi sunt per Abbatem suum: si verò hujus discretio deficiat, recurrendum est ad Episcopum, ut ipsos cortigat, & absolvat, c. 2. h. t. n. 60. Absolutio illorum, qui violentas manus injiciunt in

Ggg g 3 Cle.

Clericos, est reservata Sedi Apostolica, exceptis quibusdam casibus. Quod si excommunicatus, ob percussionem Clerici, non ignarus excommunicationis fecit se ordinari, si est Clericus secularis, in perpetuum deponendus est ab Ordinibus: si regularis, suspensus est ab executione Ordinis suscepti. Qui vero ex ignorantia juris, vel facti, sic excommunicatus recipit Ordines, si est Clericus secularis, solus Papa cum eo dispensat; si Regularis, dispensat Abbas, modo ignorantia sit probabilis, & factum non sit grave, c. Cum illorum. 32. h. t. num. 61. & 62. Si Monachus, seu Religiosus percussit Clericum secularem, non nisi à Papa absolvi potest: poterit tamen tunc Religiosus etiam ab Episcopo absolvi, si percussio sit levis, in eo casu, in quo Episcopus absolvere posset Clericum secularem, qui alium Clericum percussisset, c. Religioso. 21. in princ. h. t. in 6. n. 64. Hodie tamen habent multi Religiosi privilegium Apostolicum, ut possint à Prælati suis absolvi, etiam ob gravem percussionem, n. 65. Similiter FF. Hospitalis Hierosolymitani, si se invicem percusserint, & excessus non sit enormis, ex privilegio Apostolico absolvi possunt per eorum Priorem, c. Canonica. 50. h. t. num. 66.

§. III. De nonnullis casibus, in quibus percussus Clericum, vel Monachum excommunicationem Canonis non incurrit.

Plures sunt huiusmodi casus. Veluti primò, si quis tepellat vi Clericum sibi vim inferentem, c. 3. §. Si vero. h. t. n. 67. Alij casus, in quibus excommunicatio non incurritur, ob percussionem Clerici, habentur in c. Ex tenore. 10. h. t. nempe si quis percutiat Clericum defensionis causâ, vel ex mandato Prælati, vel percussus sit ejus Prælatus, aut Magister, vel socius in eadem Ecclesia, n. 68. Secundò, qui Clerico cum uxore sua turpiter invento, vel cum matre, sorore, aut propriâ filiâ, violentas manus iniicit, vel etiam eum interficit, non est excommunicatus: secus si inveniat cum alia consanguinea sua non ita propinqua, c. 3. §. Nec ille. h. t. n. 69. & 70. Tertiò, excommunicationem Canonis non incurrit, qui percutiunt Clericum disciplinæ, seu correctionis causâ, ut Prælatus Ecclesiasticus subditum suum regularem, Magister discipulum, pater filium; & de Prælato percutiente Clericum subditum regularem habetur in c. Universitatis. 24. h. t. ita tamen ut non per laicum, sed Clericum percutiat: idque extenditur ad omnes Prælatos etiam seculares, quod Clericos seculares eis subditos, non nisi per Clericos verberare possint, n. 71. Præterea Magister, seu Præceptor disciplinæ causâ verberare potest Clericos etiam in majoribus Ordinibus constitutos, absque incurfu excommunicationis, & multò magis in minoribus constitutos, c. Ex tenore. 10. h. t. c. Cum in voluntate. 54. §. Siqui vero. h. t. n. 72. Clerici impuberes plenum usum rationis habentes se invicem percutientes incurrunt quidem excommunicationem, sed absolvi possunt ab Episcopo. Clerici puberes, si ex levitate solum, & joco se invicem percutiant, non sunt excommunicati: secus si ex odio, & indignatione, c. 1. h. t. n. 73. & 74. At verò percussus Clericum excommunicatum violentas manus ei iniiciendo, non evadit excommunicationem, c.

n. 74. Denique pater castigans filium in Societate institutum excommunicationem Canonis non incipit, quamvis aliqui contrarium teneant, n. 77.

§. IV. In quibus casibus Episcopus, vel ab absolvere ab excommunicatione canonis ob percussionem Clerici.

Plures sunt huiusmodi casus. Veluti primò, urgente mortis periculo: quamvis tunc quilibet Sacerdos absolvere possit, c. Si quis in causis. 17. q. 4. n. 76. Secundò, percussus Clericum, si sint mulieres, senes, infirmi, vel mentis imbecillati, possunt ob violentam manuum imperatorem Clericum ab Episcopo absolvi, facta perita oblatione offensis: alij verò pauperes, vel domos debet absolvi à Papa, vel ejus Legato, c. Examine. 11. q. 1. n. 77. & 78. Tertiò, mulieres, quæ sunt magis potentes, non sunt sui juris, ut servi ob violentas imperatorem manuum ab Episcopo absolvi possunt: & quod tuatur de illis personis, quæ sunt magis potentes, & ita delicatæ, ut non possint se fuisse percuti per Episcopum, nisi in certis casibus expressis, c. Quamvis. 58. h. t. n. 80. & 81. Quintò, excommunicatus percussionem, si non potest ire Romam, ob paupertatem, gravem infirmitatem, vel senectutem, absolvi potest ab Ordinario, sed jurare debet, quod de sumptis viribus, & datâ opportunitate, Romam ire velit, c. Quod de his. 26. h. t. n. 82. Sextò, excommunicatus, ob percussionem Clerici, si percuterit les inimicitias, vel aliud legitimum impedimentum pro absolutione non potest venire Romam, potest absolvi ab Episcopo, cum juramento se fuisse absolvi, sublato impedimento, c. De cetero. 17. q. 1. n. 83. Septimò, Moniales, si se ipsas invicem, vel clericos aut conversas suas, vel Clericum secularem percusserint, absolvi debent ab Episcopo, in cuius celsi est situm Monasterium, c. De Monasteriis. 31. n. 84. & 85. Octavò, servus excommunicatus ob percussionem Clerici, tenetur pro absolutione ad Papam, sed si inde Dominus, qui non fuit in culpa, grave damnum patiat, vel servus id fecit in fraudem, potest absolvi ab Episcopo, si percussus non fuit enormis, c. Relatum. 37. h. t. n. 86. Nonobstante, si pueri ob percussionem Clerici, etiam in pubertatem postulent absolvi, potest eos Episcopus absolvi, c. 60. & ult. h. t. n. 87.

§. V. Proponuntur, & explicantur reliqua Capita huius Tituli, in quibus agitur de excommunicatione ob percussionem Clerici, vel Monachi.

In primis percussus Clericum, licet sit occultus, & non convictus, debet satisfacere, & ire Romam, quia solus Papa potest illum absolvi, c. Per quod. h. t. n. 88. Secundò, percussus Monachum, vel Conversum, est excommunicatus, & denuncietur, ut vitandus, nec potest absolvi, nisi satisfecerit, & adeat Papam, c. Parochianos. 9. h. t. n. 89. Tertiò, percussor Clericorum manifestus, licet non sit denunciatus, vitari tamen debet: occultus vero

sciente tantum, & in secreto. Item qui occidit Clericum, qui contempto habitu Clericali, enormitibus se immiscet, non est excommunicatus, asperius tamen puniendus est, quam qui laicum occidit, c. Cum non ab homine. 14. h. t. n. 90. & seq. Quartò, Sacerdos, qui dimisso habitu, & tonsurâ Clericali, enormitibus se immiscuit, si verberetur, & occidatur, occidens non tenetur ire Romam pro absolutione: Ordinarius tamen potest penam competentem illi imponere, quia non propulsando, sed inferendo injuriam, fuit occisus, & sic amisit privilegium Canonis, non autem fori, c. Perpendimus. 23. h. t. n. 92. & duobus seqq. Quin Legatus à Latere potest absolvere ab excommunicatione contracta ob percussione Clerici, etiam si id non habeat expressum in mandato, c. Ad eminentiam. 20. h. t. n. 95.

§. VI. De alijs excommunicationibus specialibus contentis in hoc Titulo, quæ infliguntur ob varia crimina.

In primis Clerici, qui scienter & sponte participant cum excommunicatis à Papa, admittendo eos ad Divina Officia, sunt etiam excommunicatione majore excommunicati, & pro absolutione mittendi sunt Romam cum Litteris Ordinarij, c. Significavit. 18. h. t. n. 96. Secundò, excommunicati, & publicati non nisi à Papa absolvi possunt, c. Tua nos. 19. h. t. n. 97. & seq. Tertiò, effringentes Ecclesias, & spoliantes sunt excommunicati, & denunciandi, donec congruè satisfaciunt, & resarciant damna, & cum Litteris Ordinarij mittendi sunt ad Papam pro absolutione, c. Conquesti. 22. h. t. n. 99. & duobus seqq. Quartò, excommunicantur omnes, qui dant licentiam molestandi, vel gravandi in personis, vel bonis illorum, qui excommunicaverunt, vel interdixerunt, vel quorum occasione hæ sententiæ sunt prolatae, vel qui observant illas sententiæ, vel eos, qui cum prædictis nolunt communicare, nisi re integrâ licentiam revocarint, vel re non integrâ, si occasione licentiæ sit processum ad capiendâ bona, nisi infra octo dies restituant, vel satisfaciunt. Item excommunicati sunt, qui ausi sunt uti dictâ licentiâ, vel qui motu proprio, sine licentiâ aliquid prohibitum ex prædictis committunt. Ille verò, qui in hac excommunicatione permanserit per duos menses, non poterit postea absolvi, nisi per Papam, c. Quicumque. 11. h. t. in 6. n. 102. & duobus seqq. Quintò, absolutus propter mortis periculum, vel aliud impedimentum, à quo aliàs non poterat, si deinde cessante periculo, vel impedimento, se non præsentet, cum commodè potest, ei, à quo aliàs erat absolvendus, reincident in eandem excommunicationem, vel censuram. Similiter is, qui absolutus fuit à Papa, vel ejus Legato, ut se sistat Superiori immediato, ad satisfaciendum injuriam passis, si hoc non faciat, reincident in eandem censuram, c. Eos. 22. h. t. in 6. num. 105. & seq.

§. VII. De excommunicatione, quæ infertur conjugati nolente reddere debitum, ob allegatum impedimentum dirimens matrimonium cum altero conjugate.

Si conjux certò sciat impedimentum matrimo-

nij, quamvis illud probare non possit, non debet reddere debitum, sed potius excommunicationem pati, quam peccare mortaliter per copulam. Si autem credat adesse impedimentum ex causa probabili, & discreta, potest reddere, sed non petere. Si denique credit ex levi, & temeraria causa, tunc deposita conscientia, ad consilium sui Pastoris, potest debitum reddere, & petere, c. Inquisitioni. 44. h. t. num. 107. & seq.

§. VIII. De excommunicatione lata contra violatores libertatis Ecclesiasticæ.

Omnes hæretici utriusque sexus, & fautores, ac defensores eorum excommunicantur, & quicumque violatores Ecclesiasticæ libertatis, & qui faciunt servari Statuta edita, & consuetudines introductas contra libertatem Ecclesiasticam, c. Novè. 49. h. t. n. 109. Item Consiliarij, & Officiales locorum, in quibus sunt Statuta contra libertatem Ecclesiasticam, sunt excommunicandi, nisi illa deleverint, & Statutarij, si habeant feuda Ecclesiastica, illis privati debent, c. Gravem. 53. h. t. n. 10.

SECTIO IV. De excommunicatis vitandis, & non vitandis, & prohibita, vel concessa communicatione cum illis.

§. I. Quinam excommunicati sint vitandi, vel non?

ASSERTIO I. Jure communi Canonico omnes ligati majore excommunicatione sunt vitandi in Divinis, & humanis, occulti privatim, manifesti publice. Idque extenditur, ut nullus privilegio Sedis Apostolicæ se tueri possit, quominus etiam ipsi vitare debeant excommunicatos, c. Nulli. 8. h. t. n. 111. An præceptum de vitandis excommunicatis sit Juris Divini, n. 112. Assert. 2. Post Concilium Constantiense tantum vitari debent duo genera excommunicatorum, videlicet qui non tantum publice sunt excommunicati, sed etiam nominatim denunciati, vel notorij Clericorum percussores, num. 113. Quinam sint tales? n. 114. Assert. 3. Reliqui vero excommunicati tolerati non sunt vitandi, num. 115.

§. II. Quæ personæ, & ob quas causas excusentur, ut liceat communicare possint cum excommunicato vitando?

Prima causa excusans, ob quam permittitur communicatio cum excommunicato non tolerato, seu vitando, est propria notabilis utilitas, vel etiam ipsius excommunicati spiritualis, vel temporalis, c. Responso. 43. in princ. h. t. num. 116. Unde licitum est communicare cum excommunicatis in ijs, quæ ad eorum correctionem, absolutionem, & salutem animæ pertinent, c. Cum in voluntate. 54. in princ. h. t. num. 117. Item Prædicatores, præsertim, qui aliàs se sustentare non possunt, qui apud excommunicatos prædicant, vel Confessiones audiunt, possunt licitè eleemosynam ab eis exigere, cit. c. Cum in voluntate. §. Prædicatores, h. t. cit. num. 117. Et generatim loquendo, licitum est cum excommunicato, etiam non tolerato, communicare, quoties

quoties ejus opera ad nos, vel res nostras tuendas est necessaria, c. Si verè. 34. h. t. num. 118. Et hinc etiam licite potest ab excommunicato exigi, & recipi debitum, num. 119. Secunda causa excusans est lex matrimonii, nam uxor licite potest communicare cum marito excommunicato, reddendo ei debitum, & petendo, & in omnibus aliis ad matrimonium spectantibus, num. 120. Tertia causa excusans est subjectio, nam qui alicui sunt subiecti, possunt eidem excommunicato etiam denunciato, & vitando communicare, quia debent illi obedientiam, quæ per censuram auferri non debet. Ubi tamen distinguendum est, nam qui ante excommunicationem alicui sunt obligati ad familiare obsequium præstandum, tenentur etiam excommunicato non tolerato communicare: alii verò non tenentur, nisi urgente necessitate, c. Inter alia. 31. h. t. num. 121. Quinam in specie communicare possunt cum excommunicatis etiam non toleratis, num. 122. & seq. Facultas communicandi cum excommunicatis non habet locum, si communicatio fiat in crimine, ob quod pater, Dominus, Prælati, vel Episcopus excommunicatus fuit, num. 124. Quarta causa excusans est ignorantia, ut si quis ignoret, aliquem esse excommunicatum, potest cum illo communicare, siue sit ignorantia juris, siue facti, dummodo non sit ignorantia crassa, & affectata, num. 125. Quinta causa excusans est necessitas, siue ea sit corporalis, siue spiritualis ipsius excommunicantis, vel excommunicati, licitum enim est ob illam communicare cum excommunicato, etiam non tolerato, num. 126.

§. III. De communicante cum excommunicato in crimine, ejusque pena, & absolutione.

Qui nominatim excommunicato scienter communicat in crimine, propter quod lata est excommunicatio, v. g. dans ei auxilium, vel favorem, incurrit similiter excommunicationem majorem, & absolvi debet ab excommunicatore cum juramento. Si verò communicat non in crimine, sed aliis v. g. in orando, vel comedendo, tunc potest absolvi à proprio Sacerdote, c. Nuper. 29. §. In secunda, & §. Is autem. h. t. Quòd si absolvens difficulter aut iustà causà impeditus non potest accedere ad Excommunicatorem pro absolutione, à suo Episcopo, vel simplici Sacerdote absolvens est, præstita cautione, quòd parebit mandatis excommunicatoris, cit. c. Nuper. in fine, num. 127. Quæ requirantur, ut participans in crimine cum excommunicato excommunicationem incurrat, n. 128. Et quæ sit differentia inter communicantem in crimine, & extra crimen, num. eod. Si concubina Clericorum sint excommunicatæ, quia noluerunt recedere à Clericis concubinariis, tunc hi quoque sunt excommunicati, quia participant criminosis in crimine, c. Si concubina. 55. h. t. num. 129.

§. IV. Quenam præterea statuta sunt Inre Canonica circa communicationem cum excommunicatis.

Nullus potest communicare cum excommunicato, antequam is absolvatur, licet iuraverit mandatis Ecclesie, vel compositionem fecerit in officio. Item quando quis est infamatus in communicatione, non est ei communicandum, prius se purget, vel ad cautelam absolvatur, c. Consideres. 15. h. t. n. 130. & seq. Quando excommunicatus iuraverit de stando mandata Ecclesie, huc tamen est excommunicatus, nec communicandum, donec absolvatur. Nullus autem excommunicatus cum nominatim excommunicato, personas specialiter exceptas in c. Quædam. 103. caus. 11. q. 3. Qui verò licentiam petunt cum nominatim excommunicato, si volunt non desistant, sunt excommunicati, si vero licentiam petunt, & ipsi cum participatibus huiusmodi sunt excommunicati, contra eos ius, quod in c. Quod in dubio. 30. h. t. n. 131. & seq. ea non potest Iudex excommunicare, nec in communicatione participare cum excommunicato, eo, nisi præmissa canonica monitione, alioquin participare in crimine: aliter verò excommunicatio lata in participantes non tenet, & proinde legem me sunt puniendi, c. Statimur. 3. h. t. n. 132. & seq. Quando communicans cum excommunicato potest excommunicari majore excommunicatione, n. 136. Excommunicatio lata in participans cum excommunicato non valet, nisi etiam contra ipsum exprimentur hi, qui monentur. Iudex vero quando faciunt Canonicas monitiones, & quæ debent competentia intervalle dierum, præmissa facti aliter suadeat illa esse moderanda, c. Consideremus. 9. h. t. in 6. n. 137. & seq. Similiter etiam suspensionis, vel interdicti lata in participantes non tenet, nisi præmissa Canonica monitione, c. Consideremus. 18. h. t. in 6. n. 139. Qui communicat cum excommunicato in mensa, vel in Divinis, non potest communicationem objicere, vel eum denotare, quem non præmonuit, c. In præsentia. 41. h. t. n. 140.

SECTIO V. De absolutione ab excommunicatione, & punitione Clericorum criminorum, cum excommunicatione, seu periculo excommunicationis.

§. I. Quinam possint absolvere ab excommunicatione majore, vel minore?

ASSERTIO I. Ab excommunicatione iure, sed non expresse reservatâ Pape, non potest Episcopus, vel alius Episcopalem jurisdictionem habens, sed etiam proprius Parochus, (scilicet Sacerdos) qui ejus vices gerit, absolvere potest, n. 141. Hi qui verò nullam habent iure communis potestatem ordinariam absolvi ab excommunicatione, nec excommunicare possunt: habent tamen potestatem absolvi ab excommunicatione, & excommunicare minore ex commissione juris quasi delegati, c. Nuper. 29. h. t. vel ex commissione Pape, quia ea sæpe necessaria est ad Sacramentalem absolutionem à peccatis, cit. n. 141. Aff. 2. Ab excommunicatione iure, siue Canonis reservata absolvi potest

regulariter auctor, sive is, qui eam reservavit, vel ejus Superior, vel is, cui auctor absolutionem commisit, non alius inferior, n. 142. Aff. 3. Ab excommunicatione lata ab homine, seu Judice generaliter, v.g. qui tale crimen commisit, sit excommunicatus, potest absolvere, qui eam tulit, vel ejus Superior, vel etiam inferior, nempe Parochus, seu simplex Sacerdos. At verò ab excommunicatione lata ab homine in specie, contra certam personam, regulariter absolvere potest, qui eam tulit, vel ejus Superior, vel Successor, vel delegatus, n. 143. Aff. 4. Ab excommunicatione minore à jure lata absolvere potest proprius Sacerdos ipsius excommunicati, n. 144. Si duo habentes potestatem absolviendi à minore excommunicatione, sint illi ligati, possunt se invicem absolvere ab hujusmodi excommunicatione; c. Duobus. § 6. h. t. n. 145.

§. II. An ab excommunicatione lata ab Episcopo Suffraganeo in suos subditos possit Archiepiscopus, seu Metropolitanus absolvere, sive ante appellationem, sive post illam, & qualiter Metropolitanus in hujusmodi absolutione ab excommunicatione debeat procedere?

Si excommunicatus ab Episcopo appellat ad Metropolitanum, & vult probare excommunicationem esse nullam, quia post legitimam appellationem lata fuit, vel continebat errorem intolerabilem, admitti debet ad horum probationem, licet absolutionem non petat: in aliis tamen vitandus est, donec de illis constiterit: quamvis Sedes Apostolica consueverit tales ad cautelam absolvere. In aliis verò appellans non est audiendus, nisi petat absolvi, & tunc Metropolitanus debet illum absolvere: nisi velit suo Suffraganeo id deferre, qui debet excommunicatum ad illum remittere, & si is nolit illum absolvere, secundum formam juris, ipse Metropolitanus tenetur eum absolvere, recepta cautione, quod parebit suo mandato; deinde audita causa, eam definiat secundum Jus. Verum si Episcopus suum subditum excommunicaret propter manifestum delictum, Metropolitanus non debet illum absolvere, nisi Suffraganeus requisitus malitiose recuset illum absolvere, c. Per tuas. 40. h. t. num. 146. Hinc duæ regulæ defumantur ex hoc cap. Prima est, qui dicit excommunicationem esse nullam, audiri debet, et si absolutionem non petat, num. 147. Altera regula est, qui dicit sententiam excommunicationis esse injustam, non est audiendus, etsi velit probare illam esse injustam, nisi prius petat absolutionem, num. 148. Metropolitanus potest absolvere excommunicatum à suo Suffraganeo, etsi ante appellationem fuerit excommunicatus, nec tenetur illum remittere ad Episcopum, qui eum excommunicavit, nisi velit hoc ipsi deferre: secus est, si excommunicatus sit propter manifestum delictum, num. 149. Quæ sit differentia inter excommunicationem nullam, & injustam, num. 150. & seq. Excommunicatus, qui petit absolvi ad cautelam, dicens excommunicationem in se latam fuisse nullam, absolvi debet, licet excommunicator, vel adversarius se opponat, nisi dicatur, & pro-

Tomus V.

betur intra octo dies, quod sit excommunicatus, propter manifestam offensam, alioquin non absolvatur, etiam ad cautelam, nisi præmissa satisfactione, & competente cautione de parendo iuri, si offensa est dubia. Excommunicatus verò, qui probare vult, se post appellationem legitimam fuisse excommunicatum, vel sententiam excommunicationis continere intolerabilem errorem, pendente probatione, in iudicio est vitandus: extra iudicium verò non, c. Solei. 2. h. t. in 6. num. 152. & seq.

§. III. Quenam præterea statuta sunt circa potestatem, quam habet Archiepiscopus absolviendi excommunicatos à Suffraganeis, vel subditis eorum, & de potestate, quam habet, vel non habet cognoscendi super iustitia, vel injustitia excommunicationis.

Archiepiscopus non potest absolvere excommunicatos à subditis Suffraganeorum: potest tamen absolvere excommunicatos ab ipsis Suffraganeis, vel Officialibus eorum, si ad Metropolitanum fuerit appellatum, c. Venerabilibus. 7. in princ. h. t. in 6. num. 154. Præterea Archiepiscopus, vel ejus Officialis excommunicatos à suis Suffraganeis debet absolvere, antequam incipiat causam audire in casibus, in quibus ei competit jurisdictio, ut si quis post definitivam sententiam fuit excommunicatus, exceptis casibus, in quibus prohibent Jura appellare: nisi dicatur excommunicatus propter manifestam offensam, & contumaciam, c. 2. §. Porro, ubi ponuntur exempla contumaciæ præsumptæ, & manifestæ, num. 155. Item excommunicatio lata, post appellationem interpositam, ex causa probabili, est nulla, non tamen statim pronuntiatur nulla, sed fieri potest relaxatio ad cautelam, etiam antequam incipiat Superior, ad quem appellatum fuit, de veritate causæ cognoscere, cit. c. 7. §. Sed si. h. t. in 6. Item quando constat, excommunicationem fuisse injustam, Judex superior remittat excommunicatum ad excommunicantem, nec absolvat, nisi periculum sit in mora, vel nisi excommunicans requisitus malitiose deneget absolutionem: si verò constet, esse injustam, non remittat, sed absolvat: si res sit dubia, Superior potest eum absolvere, nisi velit deferre excommunicatori, quod est magis conveniens, & honestius. Quando Archiepiscopus de excommunicatione cognoscere potest, absolutio tenet, licet sit injusta, cit. c. 2. §. Sed si, & §. Sane, num. 156. Postmodò in casibus, in quibus Archiepiscopus potest excommunicare subditos Suffraganei, potest ab eis exigere multas pecuniarias, si consuetudo id habeat, cit. c. 7. §. Denique usque ad finem, num. 157. Præterea Archiepiscopus, vel ejus Officialis sententias Censurarum latas ab Archidiaconis, vel aliis Officialibus Suffraganeorum non relaxet, nisi hoc habeat consuetudo. Item sententia excommunicationis Archiepiscopi ligat tantum subditos Archiepiscopi, & non Suffraganeorum. Præterea sententia excommunicationis lata, sive in genere, sive in specie, ob culpas præteritas, vel præsentis, non præmissa monitio.

H h h

nitio, est injusta. Sed neque ob futuras culpas, vel jam commissas, sententias excommunicationis ferre debet Archiepiscopus, nisi mora, culpa, vel alia iusta causa sublit, c. Romana. §. in princ. & §. Caveant. h. t. in 6. Denique in Universitatem, vel Collegium excommunicatio ferri non debet, §. fin. eod. num. 158. & duobus seqq.

§. IV. Quâ formâ, seu modo ferri debeat absolutio ab excommunicatione?

ASSERTIO I. Ad essentiam absolutionis ab excommunicatione nulla certa verba requiruntur, consueta tamen forma est, absolvo te à vinculo excommunicationis propter hanc, vel illam causam &c. num. 161. Assertio 2. Ante absolutionem ab excommunicatione duplex cautio est præstanda. Prima per juramentum de parendo mandatis Ecclesiæ, de qua fit mentio in c. Ad hæc. 12. h. t. Ubi habetur, quod cum Papa delegat absolutionem excommunicati, mandat recipi cautionem de parendo mandatis Ecclesiæ, num. 162. Altera cautio est de satisfaciendo parti læsæ, num. 163. Assertio 3. Ad absolutionem ab excommunicatione non requiritur, ut is, qui absolvitur, sit præsens, sed etiam absens absolvi potest, num. 164. Assertio 4. Absolutio ab excommunicatione, aliavè censura per vim, & metum obtemperata, etsi jure naturali est valida, jure tamen Ecclesiastico est irrita, num. 165. Assertio 5. Absolutio ab excommunicatione data, sub conditione de præsentia, vel de præterito est valida, & licita: num. 166. An absolutio ab excommunicatione sub conditione de futuro sit illicita? num. eod. Sunt & alii duo modi absolventi ab excommunicatione, vel alia censura, scilicet ad cautelam, & reincidentiam, num. 167. Prior fit, quando dubitatur de valore sententiæ, seu censuræ, præfinito juramento, quod parebit mandatis Ecclesiæ, quando constabit de culpa, ob quam lata est sententia censuræ: c. Venerabili. §. 2. h. t. num. 168. Aliquando tamen poterit fieri absolutio per manualet, seu simplicem promissionem, si sine scandalo per juramentum haberi non possit, c. Super eo. §. 1. h. t. num. 169. Absolutio ad reincidentiam fit, quando quis, ob mortis periculum, vel aliud impedimentum, absolvitur ab eo, à quo aliàs non poterat; tunc enim si cessante impedimento, non se præsentet, cum commodè potest, ei, à quo aliàs absolvendus est, reincidit in eandem excommunicationem, vel aliam censuram. Idemque est in absoluto, qui se debet alicujus conspectui præsentare, c. Eos. 22. h. t. in 6. n. 170. & seqq.

§. V. Vtrum is, qui duabus excommunicationibus, vel pluribus est ligatus, si ab una absolvatur, censetur etiam absolutus ab aliis?

ASSERTIO I. Ligatus pluribus excommunicationibus, v. g. quia violavit Ecclesiam, & quia percussit Clericum, si obtineat absolutionem, unâ tantum causâ expressâ, remanet excommunicatus, ob alteram causam non expressam, & te-

netur pro illa satisfacere, c. Cum per nos. §. 1. num. 172. & seqq. Assertio 2. Excommunicatus à pluribus Prælati, quibus est subiectus, propter plura delicta, non potest ab uno tantum absolvi, sed ab aliis etiam Prælati absolvi debent, nisi uni Prælati reliqui absolventi potestas mandarent, c. Officiis. 42. h. t. n. 174. & seqq.

§. VI. De absolutione excommunicati, qui sit in excommunicatione.

Excommunicato mortuo in excommunicatione, quamvis penitens decesserit, nec est communicandum ante absolutionem, nec post, v. randum, licet sit absolutus quoad Deum, sed non constet Ecclesiæ, quod contritus esset, absolvetur etiam post mortem ab eo, à quo vivente absolventus, servatâ formâ absolutionis prædictæ, c. A nobis. 28. h. t. num. 176. & seqq. de Pa-pa, vel Ecclesiâ possit excommunicari, et ab excommunicatione absolvere magis, num. 177. Excommunicatus, quia communicari cum excommunicato, licet postea eum impugnet, non potest absolvi, nisi per eum absolventem, c. Sacerdotis. 38. h. t. n. 179.

§. VII. Quando excommunicatus à Papa habetur sit pro absoluto ab excommunicatione, vel non?

Excommunicatus semper habetur pro excommunicato, & vitandus est, donec contritus deus, per absolutionem per Litteras Papa, vel ejus delegati, vel alio modo, c. Si quis. 39. h. t. num. 180. Papa à se excommunicatum postea in suis Litteris salutem, non propter hoc eum absolvit, c. Si quando. 41. h. t. num. 181. Item si Papa eum absolvere cum excommunicato participat quovis modo, per hoc non censetur illum absolvi, sed se hoc velle exprimat: sicut neque si Papa absolvere scienter nominat sub titulo alicujus dignitatis, ut præsumitur per talem nominationem eum excommunicare, vel approbare in tali dignitate, c. Quia. 4. h. t. n. 182.

§. VIII. An, & quando Clerici criminis po-ssint incarcerari, vel etiam à laicis capi, obque metu incurrendæ excommunicationis?

Prælati possunt ac debent Clericos graves delinquentes corrigere, & incarcerare, item à ci-citra metum excommunicationis, possunt mandare Judicis Ecclesiastici capere Clericos delinquentes, & ad Judicium trahere, c. Si quis. 35. h. t. num. 183. Præterea si Sacerdos in ecclesia regularem ex Ecclesiâ, turbantem Divinam Officiam non est excommunicatus, c. Veniens. 26. h. t. n. 184.

§. IX. An sint excommunicati, qui violentiam faciunt in Clericos, qui incedunt ut laici, & non habent Clericali?

Resp. Non esse excommunicatos, si Clerici tertio moniti arma non deponunt, & violentiam non roassumant, c. In audientia. 25. h. t. num. 185.

Similiter Clerici, qui non gestant tonsuram, & habitum Clericalem, & tractant negotia secularia, perdunt privilegia fori, & Canonis, post trinitam monitionem, c. Contingit. 45. h. t. n. 186.

SECTIO VI. *Alia nonnullae quaestiones circa excommunicationem, aliasve censuras proponuntur, & exponuntur.*

§. I. *An Praelatus Ecclesiasticus se defendere possit, etiam spirituali gladio, scilicet per Ecclesiasticam Censuram contra Potestatem secularem?*

Praelatus Ecclesiasticus potest contra Potestates, & Dominos temporales iniurias ipsi inferentes se defendere armis spiritualibus, videlicet excommunicatione, vel interdicto, c. Dilecto. 6. h. t. in 6. n. 187.

§. II. *Si malefactor captus à Iudice laico dicat, se esse Clericum, ad quem Iudicem spectat de hoc cognoscere, secularem, an Ecclesiasticum?*

Si Iudex laicus captum derineat malefactorem, qui dicit se esse Clericum, ideoque petit remitti ad Iudicem Ecclesiasticum: vel si Iudex Ecclesiasticus illum repetat, & laicus neget illum esse Clericum, cognitio huius rei, an ille sit Clericus, ad Iudicem Ecclesiasticum spectat, vocato tamen Iudice seculari. Quod si notorium sit, vel publica fama, quod ille sit Clericus, vel si pro Clerico communiter habeatur, tunc statim etiam ante cognitionem, an sit Clericus, debet remitti ad Iudicem Ecclesiasticum, sicut etiam si prius se gerebat pro Clerico, & modò deprehensus fuit in habitu Clericali. Si verò antè, quàm caperetur, publicè pro laico se gerebat, & pro tali communiter habebatur, non fit remissio ad Iudicem Ecclesiasticum, donec fuerit probatum esse Clericum, non tamen contra eum Iudex secularis interim procedat, c. Si Iudex. 12. h. t. in 6. num. 188. & 2. seqq.

§. III. *Primum excommunicatio lata post appellationem, sed quae per negligentiam deserta fuit, convalescat, & an talis excommunicatus nihilominus sit denunciandus, & vitandus?*

Si excommunicatus post legitimam appellationem, per negligentiam, non fuit eandem prosecutus, post tempus elapsum, non ideo convalescit excommunicatio lata, sed elapso tempore publicè denunciandus est, & vitandus in iudicio, & extra illud, & removendus ab actibus legitimis, donec probet, quod fuit excommunicatus post appellationem, vel quod aliàs ipsa excommunicatio nulla fuit, c. Licet. 14. h. t. in 6. num. 191. & seqq.

§. IV. *An Praelatus Ecclesiasticus possit per laicos capere, vel conficere in carcerem Clericos, sine poena excommunicationis?*

Si Episcopus, vel alius Praelatus Ecclesiasticus mandet capi Clericos sibi subiectos propter delicta

Tomus V.

commissa, & conjici in carcerem, ac ibi custodiri, etsi id fiat per laicos, nec ipse, nec capientes sunt excommunicati, nisi ex proposito excedant. Quod si Clerici per fideiullos caveant Episcopo de parendo iuri, non debent in carcere detineri, nisi enorme sit crimen, vel alia causa rationabilis suadeat, illos esse detinendos, c. Si Clericos. 15. h. t. in 6. n. 193. & seqq. Denique Episcopi nullam sententiam interdicti, vel suspensionis incurrunt, nisi in ipsa sententia sint expressi, c. Quia periculosum. 4. h. t. in 6. n. 195. & seqq.

SECTIO VII. *De secunda Censura Ecclesiastica, nempe suspensione.*

§. I. *Quid, & quomodo sit suspensio Ecclesiastica?*

ASSERTIO I. *Suspensio propriè dicta est Censura, per quam persona Ecclesiastica privatur usu, seu exercitio Ordinis, officii aut beneficii Ecclesiastici, quod illi ratione alicujus potestatis Ecclesiasticae competit, num. 197. Quomodo differat ab excommunicatione majore, & interdicto? num. eod. Assertio 2. Suspensio dividitur primò, in totalem, & partialem. Totalis rursus, vel est simpliciter totalis, quae est simul ab officio, & beneficio, vel totalis secundum quid nempe ab officio, vel beneficio tantum, num. 198. Partialis suspensio est, quae est à certo tantum officio, aut parte ejus. Item suspensio fertur à jure, vel ab homine, & est vel temporalis, vel perpetua, num. 199. Præterea quando quis suspenditur determinatè ab officio, non censetur reipsa etiam suspensus à beneficio, nisi id exprimat, num. 200. Et vice versà, suspensus à beneficio non ideo etiam censetur suspensus ab officio, num. 201. Secundò, suspensus ab Ordine, sine limitatione, non est suspensus à jurisdictione. Tertiò, Episcopus suspensus ab Ordine Episcopali tantum non est suspensus ab Ordine Sacerdotali, num. 202. Quartò, suspensus ab Ordine superiore non est suspensus ab inferiore, num. 203. Denique suspensus à jurisdictione simpliciter non prohibetur exercere actus Ordinis, qui jurisdictionem non requirunt, n. 204.*

§. II. *Quis possit censuram suspensionis ferre, & in quos, & ob quam causam, & quis ab illa absolvere?*

ASSERTIO I. *Omnis & solus ille, qui potest excommunicare, potest etiam suspendere, num. 205. Assertio 2. Omnes & soli Clerici, præter Papam, possunt censuram suspensionis ligari, num. 206. Assertio 3. Suspensio propriè dicta, prout est censura, quae infligitur propter contumaciam, vel saltem ut poena Ecclesiastica, non incurritur, nisi ob propriam culpam, eamque mortalem, n. 207. Quibus modis suspensio tollatur? n. 208.*

§. III. *Alia nonnullae quaestiones circa suspensionem proponuntur, & resolvuntur.*

Quæ. 1. *Quis sit effectus suspensionis? Resp. Si suspensus exerceat actum, à quo est suspensus, graviter peccat, si materia sit gravis, & si durante suspensione, actus Ordinis exerceat, fit irregularis, num. 209. Quæ. 2. An acta à suspensio sint valida?*

Hhh h 2

valida? Resp. Actus Ordinis sunt validi, exceptâ absolutione Sacramentali: at verò actus, qui jurisdictionem requirunt, per se sunt invalidi, quia suspensio privat actuali jurisdictione, num. 210. Quer. 3. An suspensio privet communicatione cum aliis? Resp. Per se non privare, num. 211. Suspensio ab ingressu Ecclesiæ, si in ea Divina celebret, sit irregularis, & si moriatur impoenitens in suspensione illa, privatur Ecclesiastica sepultura. Item suspensio ab ingressu Ecclesiæ, vel ab officio per appellationem sequentem non suspenditur, c. Is cui. 20. h. t. in 6. num. 212. & seq. Suspensus ab officio, Ordine, vel jurisdictione in uno loco, ubique est suspensus ab illis, donec absolvatur, num. 214.

SECTIO VIII. De tertia censura Ecclesiastica, nempe Interdicto.

§. I. Quid & quotuplex sit Interdictum?

ASSERTIO I. Interdictum est censura Ecclesiastica, per quam prohibetur participatio certorum Sacramentorum, omnium Divinorum Officiorum, & Ecclesiastica sepultura, & in quo differat à suspensione, & excommunicatione? num. 215. Assertio 2. Interdictum dividitur primò, in locale, & personale. Prius est, quo immediatè locus interdicatur: personale, quo immediatè ipsæ personæ interdicuntur, non locus. Secundò, interdictum tam locale, quàm personale subdividitur in generale, & speciale, seu particulare, num. 216. Tertiò, interdictum personale similiter dividitur in generale, & particulare. Generale est, quo interdicatur aliqua Communitas, Civitas, vel pagus: item Collegium, vel Capitulum. Interdictum personale parziale est, cum persona particularis interdicatur, num. 217. Quartò, dividitur interdictum Ecclesiasticum in totale, & parziale. Totale est, quod omnes effectus interdicti habet: parziale, quod non omnes effectus habet, num. 218.

§. II. Quenam sub Interdicto generaliter promulgato comprehenduntur, vel non?

Interdicto Clero, non est interdictus populus, nec è converso. Interdicta Civitate, propter delictum Domini, vel Rectoris Civitatis, Cives non sunt interdicti: ideòque possunt extra Civitatem interesse Divinis. At interdicto populo, singulares personæ de populo sunt interdictæ, nec possunt audire Divina, vel suscipere Sacramenta, nisi in casibus à Jure concessis, c. Si sententia. 16. h. t. in 6. num. 219. & 3. seqq. Qui dat causam interdicto locali, personale interdictum incurrit, ita ut non solum in eo loco Divina audire non possit, sed nec alibi, num. 223. Interdicta Civitate, censentur etiam suburbia, & continentia ædificia interdicta; & interdicta Ecclesiâ, sunt interdictæ Capellæ, & cæmeteria contigua, ut in iis mortui sepeliri non possint; secus est, si non sunt contigua, c. Si Civitas. 17. h. t. in 6.

num. 224. & seq.

* *

§. III. Quenam observanda sunt circa celebrationem, & suspensionem Sacramentorum, per tempore Interdicti est prohibita?

Tempore interdicti, sive ab hinc, sive ab illinc, omnes tam infirmi, quàm sanissimi, tunc ad Sacramentum Penitentiae, tunc ad Sacramentum Eucharistiæ, non sunt excommunicati, hi enim non mori debent, nisi in mortis articulo: vel nisi non habuerint interdictum, nam & hi non admittuntur, nisi si satisfaciunt, si possunt, vel dent idoneam rationem de satisfaciendo, prout possunt. Item tempore interdicti, in Ecclesiis, & Maneribus, & aliis Divinis Officiis celebrari possunt, ut prius, submissa voce, passim, & exclusis excommunicatis, & interdictis, non pulsatis campanis. Item quare in festis, & diebus Nativitatis Domini, Pasche, Pentecostes, & Assumptionis B. V. virginis, & januis apertis, solemnitè celebrantur Divina Officia, exclusis excommunicatis, & interdictis, ita tamen ut hi, propter quos interdictum latum est interdictum, non participent ad Altari; in ceteris vero servandum est, ut non obstantibus quibusvisque privilegiis, & c. 24. & ult. h. t. in 6. num. 216. Excepit primum Sacramentum Baptismi, & Confirmationis, quæ tempore interdicti licitè conferuntur, & de quibus Christus in Cæna Domini licitè contra potest, Quoniam. 19. h. t. in 6. num. 217. & seq. Item Responsio. 43. h. t. num. 229. & 1. seqq. Item locum est prædicare Verbum Dei, & tempore quoque interdicti, c. 230. Excepit tertiò, Sacramentum Penitentiae, quod omnino administrari potest tempore interdicti, & solum non tantum infirmi, sed etiam sani possunt, & ipsi excommunicatis, & iis, qui culpâ suâ causam dederunt interdicto, nisi prius satisfecerint, c. 231. Excepit tertiò, Sacramentum Eucharistiæ, quod per modum Viatici, tempore interdicti, administrari potest, num. 232. Non tantum à ministris, sed etiam perceptio prædictorum Sacramentorum, conceditur ab Ecclesia in omni interdicto generali, num. 233. Sacramentum extremae unctionis, tempore interdicti, nec administrari, nec recipi potest, num. 234. Neque etiam Sacramentum Ordinis, num. 235. Denique matrimonium non solum validè, sed etiam licitè, tempore interdicti, contrahitur, non autem benedictio nuptialis, n. 236.

§. IV. Quæ observanda sunt circa celebrationem, & auditionem Divinorum Officiorum, & in quatenus ea prohibita est tempore interdicti, vel concessa?

Permissum est, tempore interdicti, festis diebus hebdomadis Missas celebrare, causâ celebrandi Corpus Christi, submissa voce, passim, & exclusis excommunicatis, & interdictis, Permittimus. 57. h. t. postea verò Jure novo interdictum fuit in c. ult. §. Adjicimus, h. t. in 6. ut supra.

diebus id liceret, modo prædicto, n. 237. Idque declaratur, n. 238. & 2. seqq.

§. V. De privatione sepulture Ecclesiasticæ, tempore interdicti.

ASSERTIO I. In generali interdicto locali prohibentur sepeliri fideles in sacro loco: Clerici tamen, ac personæ Ecclesiasticæ, quæ non sunt interdictæ, si servarunt interdictum, possunt in cimiterio Ecclesiæ sepeliri, absque omni solemnitate: imò etiam in Ecclesia interdicta, num. 241. Assertio 2. Personaliter interdicti, sive Clerici, sive Laici, si non sint denunciati, nec impænitentes decesserint, possunt in loco sacro non interdicto sepeliri, n. 242.

§. VI. De violatione Interdicti, & pœnis lue decretis in violantes.

Quæ. 1. Quibus modis violetur interdictum locale, vel personale? num. 243. Quæ. 2. Quam pœnam incurrant laici, qui violant interdictum, vel alios cogunt violare? Resp. Domini temporales, qui cogunt alios celebrare Divina Officia in locis interdictis, vel per præcones faciant tunc ad illa audienda populum convocari: vel prohibent, ne publicè excommunicati, vel interdicti, per illos, qui Missas celebrant, moniti, ut ex Ecclesiis exeant, & ipsi, qui non exeunt, nominatim excommunicationem incurrunt reservatam Sedi Apostolicæ, Clement. 2. h. t. n. 244. & seq. Quæ. 3. Quam pœnam incurrunt Religiosi violantes interdictum? Resp. Religiosi quicunque, etiam exempti, violantes interdictum positum per Sedem Apostolicam, vel Ordinarium loci, quod sciunt servari à Cathedrali, vel Parochiali Ecclesia: vel generalem cessationem à Divinis factam per Provinciale Concilium, vel per eum, qui hoc possit, ipso jure sunt excommunicati, non obstantibus privilegiis, & conventionibus quibuscunque, Clement. 2. h. t. num. 246. & seq. Item FF. Minores si tempore interdicti admittunt in suis Ecclesiis ad Divina FF. & sorores tertii Ordinis S. Francisci, excommunicationis sententiam incurrunt, à qua absolvi non possunt, nisi per Papam, vel locorum Ordinarios, satisfactione præmissa, Clement. 3. h. t. num. 248. Præterea celebrans scienter in Ecclesia sanguinis, vel seminis effusione polluta, vel præsentibus excommunicatis, licet temerariè agat, non tamen fit irregularis, c. Is qui, 18. h. t. in 6. Celebrans verò in loco interdicto, in casibus non permisis, fit irregularis, & eligi non potest, c. Is qui, §. Is vero, h. t. in 6. cit. n. 248.

§. VII. De causis Interdicti, & relaxatione ejusdem.

Quæ. 1. Quis possit interdictum ferre? Resp. Interdictum ferri potest, vel à Jure, vel ab homine. Illi verò interdictum ferre possunt personale, vel locale in personas, vel locum jurisdictioni suæ subiectum, qui Ordinatio jure possunt excommunicare, vel suspendere, num. 249. Quæ. 2. Ob quam causam ferri possit interdictum? Resp. Interdictum ferri potest in quolibet Communita-

tem, sed non nisi propter delictum, vel ipsius Communis, vel Principis, aut Gubernatoris loci, quin etiam Episcopi loci, qui spirituale tantum ibi jurisdictionem habet, num. 250. Interdictum autem generale locale non potest justè ferri, nisi ob gravissimam causam generalem, nempe ob peccatum commissum à Capite Civitatis, seu loci, vel pluribus, & principalibus ejus membris, num. 251. Quæ. 3. A quo, & quomodo interdictum tolli possit, seu relaxari? num. 252. Denique Interdictum generale positum in Civitate, vel alio loco, non potest relaxari ad cautelam, c. Presenti, 10. h. t. in 6. n. 253.

§. VIII. Proponuntur Constitutiones Extravagantes hujus Tituli.

Quæ in hoc §. continentur, habentur num. 254. & pluribus seqq. usque ad num. 261. inclusivè.

§. IX. & ultimus. De cessatione à Divinis, quid & quomodo sit, & quomodo ab Interdicto differat?

Cessatio à Divinis est Ecclesiastica prohibitio, ob quam Clerici cessare debent, in certo loco, à Divinorum Officiorum celebratione, & Sacramentorum administratione, nisi quatenus eam necessitas postulat. Eaque duplex est, generalis, respectu totius Civitatis, vel particularis in una Ecclesia. Et quomodo differat hæc cessatio ab Interdicto locali? num. 262. Postremò qui interdictum imponere, is etiam cessationem à Divinis indicere potest, veluti Episcopus, vel qui quasi Episcopalem jurisdictionem in foro externo obtinet, Violantes cessationem à Divinis, ipso facto, sunt excommunicati, n. 263.

SERIES CAPITULORUM.

IN ANTIQUIS.

- | | |
|-----------------------------|---------------------------|
| c. 1. n. 73. & seq. | c. 18. n. 96. |
| c. 2. n. 60. & 66. | c. 19. n. 97. & seq. |
| c. 3. in princ. num. 59. §. | c. 20. n. 95. |
| Si verò, n. 67. & 70. | c. 21. n. 28. & seq. |
| & §. Nec ille, num. 69. | c. 22. num. 99. & duobus |
| & 70. | seqq. |
| c. 4. n. 42. & seq. | c. 23. num. 92. & duobus |
| c. 5. n. 49. | seqq. |
| c. 6. in princ. num. 79. | c. 24. n. 71. |
| & §. Illi verò, num. | c. 25. n. 185. |
| 53. | c. 26. n. 82. |
| c. 7. n. 88. | c. 27. n. 172. |
| c. 8. n. 111. & seq. | c. 28. num. 176. & duobus |
| c. 9. n. 89. | seqq. |
| c. 10. n. 68. | c. 29. in princ. num. 51. |
| c. 11. n. 83. | §. In secunda, & §. |
| c. 12. n. 162. | Is autem, num. 127. & |
| c. 13. num. 77. & seq. & | seq. |
| n. 82. | c. 30. n. 132. & seq. |
| c. 14. n. 90. & seq. | c. 31. n. 121. & seq. |
| c. 15. n. 130. & seq. | c. 32. n. 61. & quinque |
| c. 16. n. 184. | seqq. |
| c. 17. n. 58. | c. 33. n. 84. & seq. |

Hhh h 3

c. 34. n.